Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift



133

hec deconcupiscentia oculorum. Ambitio seli quantum
mali habet ubi omnis superbia. Sententiam dni audi.
Deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. Ergo et
ambitio seli maligna est. Dicit aliquis. Sine illa esse non
possunt seli potestates. Prorsus possunt. Rector in
potestate est constitutus. se regat. Si humana mens pgit
ad elationem. frenet elatio. Hominem se esse cognoscat.
quid de homine iudicat. Dispar est dignitas. Si communis est
ipsa fragilitas. Hoc quippe sece quid cogitat. et habet po-
testatem. et non pgit ad elationem. Vicit ista omnia mir-
tir. Quid enim non uicit. quia uitam ipsam omnibus temptationibus
redundantem contempsit. Mortem illi minatur esse iudex.
et fessus est xpm. paratus mori pro xpo. Vbi mors uenerit.
nulla remanebit ambitio. nulla remanebit curio-
sitas oculorum. nulla appetitio sordidarum et carnalium
uoluptatum. Omnia uitia et temptationes omnia superantur.
Beatus qui mir. tir. laudet in dno. Quando hoc posset. si
dns non adiuuisset. Quando uisceret. si non spectator
quid coronam parabat uincenti subministraret uires
laborantis. Gaudet plane et ipse. gaudet pnobis non
pse quando in dno laudat. Mitis enim est et ualde
mitis. et scriptum est. In dno laudabitur anima mea.
audiant mansueti et letentur. Mitis enim in dno uult
laudari animam suam. In dno laudet anima et ho-
noretur etiam corpus eius. quin pciosa est in cspectu

humilib